[141]

1511. d. 25. Octobris.

Sigism: I. Rex Poloniæ Lucæ Eppo Varmiens:

Rnde &c Accepimus Lras Ptti Vræ, quibus turbationum suar, quas à quibusdam Fratribus Ordinis Teutonicorum patiatur, seriem Nobis perscripsit, et Libellum famosum in se scriptum etiam Pttas Vra Nobis transmisit, quæ quidem turbationes Pttis Vræ molestæ Nobis sunt, et quantum licebit, injuriam Ptti Vræ emendandam curabimus. Conveniebat tamen, quod Pttas Vra Ruda Nobis consilium suggessisset, quomodo ejusmodi injuria vindicanda foret. Licet verò nihil suggestum est ab illa, cogitabimus tamen, ut silentio ejusmodi facinus non prætermittamus. Sed expedit, ut hâc vice dissimulemus. Certiores enim facti sumus venturos Oratores ab Ordine Cruciferor Prussiæ ad Nos; cum quibus et de hoc agemus, si venerint. Quapropter Pttas Vra etiam interea dissimulet, et æquo animo ferat. Et ut consvevit, rebus Nris, ut in bono statu sint, in terris Prussiæ, consulat. &c Datum 25. Octobris, 1511.